

Prosperet altitonans ...
rektoris ... fervida
vota, dum vir ... dn. m.
Davi...

Junbäck, Theodorus,

1 Ic 1693 Lund, David



National Library
of Sweden

*Prosperet Altitonans & singula capta secundet,
RECTORIS nostri, commisso in munere duro,*

FERVIDA VOTA,

Dum VIR

Admodum Reverend. & Excellentissimus,

DN. M. DAVID P. H. M. D.

In inclyto ad Auram Finnorum

**Athenæo Ling. Orientalium Professor Celeber-
rimus, Consistorii Assessor Gravissimus
atque æquissimus,**

**Divinæ clementiæ nutu, & festivo Amplissimi Senatus
Academici applausu, ad desideria & vota omnium
In Templo Cathedrali Aboënsi,
Solenni Pompa,**

INSIGNIA RECTORATUS,

Assumeret

die 22 Junii 1693.

*Debiti honoris ac venerationis ergo
è pectoris imo*

Fuderunt CLIENTULORUM humilimi.



Junius Th.

*Pindus, Musa, Polus, plausu, dulcedine, voto,
Latus, docta, beans, exultat, cantat, abundat,*



purpureo ore diem fert Phoebi lu-
cidus Orbis,
Et cœleste jubar spargit per con-
cava cœli,
Somniferis frontem pellit redimi-
ta capillis,

Qua minor urfa polo patet, undiq̃; luce coruscat,
Ut superũm sedes RECTORI Sceptra tenenti;
Consentire velint ac lætos fundere plausus,
Pennigeræ volucres cantus de gutture promunt,
O quam dulce canunt, acaëra carmine mulcent,
Dulcisono cantu resonat Parnasia rupes,
Plaudunt Laurigeræ sacrati montis alumnae,
Ecce gradum glomerant visum solennia festi,
Scilicet ut capiat falces, Academica sceptra,
RECTOR DAVID *W*ND/ Doctorum splendida
gemma,

Induat ac humeris chlamydem quam purpura
adornat.

Faxit cœlipotens, valeant in pectore vires
quò solpes vivat, duras moderetur habenas.

THEODORUS JUNBEER/

Junc. Smol.





nunc Phœbus splendet, boreo celsissimus

axe,

Prataque nunc rident; producit lilia tel-

lus,

Nunc pecus in campis, nunc ludit gurgite piscis;
Prorudit gemmas arbor, culmus sua grana;
Insecta in varios mæandros aëre pingunt,
Stamine non crasso suspendit aranea tela,
Et volucres placido sensus modulamine mulcent.
Singula si spectes, quæ servat conditor orbis;
Jam gaudere vides, gaudet naturaque tota,
Gaudent castalides cultæ, gaudetque minerva;
Debita quid cessam libamina ferre diferto
RECTORI nostro, famâ splendoreque claro,
Ut vivat felix, crescat chorus & duce dicto.
Tarda sit illa dies ac ævo serior omni,
Quâ non sic vireant vigeantque hæc sceptrâ
lycæi.

OLAVS AGRÉ-BOSM/

Junc; Smol.



lammifer Ecce! dies nitido surrexit ab ortu,
Purpureas aurora fores pandebat in orbem;
Turmatim populum video concurrere a-

mico

Vultu, cum celebrant plausu solennia festa,
Hic (miror) condit nidos genus omne vo-

lantum,

Et pennata cohors concentibus aëra complet.
Pullulat arbustum ramis felicibus uber;
Surgunt innumeris distinctæ floribus herbæ;
Parnassus Cytharam plectro jam pullat eburno,
Concurrunt Musæ ad sacri penetralia templi
Visuræ tandem lucis spectacula læta.
Immo virum spectant doctum quem mascula virtus
Evexit, summo nitidi splendoris honore;
Qui tædam præfert claræ virtutis alumnis,
Cur hodiè merito Musarum scepra capeffet.
Vive igitur Rector, multorum magne Patrone
Quò prosper subeas gravitatis munia magnæ!

OLAVS JUNSDORFF

Junc: Smol.

